



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manuale Exorcismorum**

**Eynatten, Maximilien de**

**Antverpiae, 1626**

Instrvctio V. De loco & tempore quibus energumeni sunt exorcizandi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40734**

INSTRVCTIO V.

*De loco & tempore quibus energumeni  
sunt exorcizandi.*

**E**XORCIZATIO semper vel ordinariè fiat in Ecclesia, vel alio loco Deo sacro: nisi grauis & vrgens causa dictet in domo priuata faciendam.

Arceantur pueri & mulieres, nisi quæ necessariæ pro adiutorio & seruitio feminæ exorcizandæ. Item curiosi, mundani & vani homines, in quantum fieri poterit, exemplo Saluatoris Marc.7. & 8. & Luc.8.

Exorcista nihil faciat sine testibus siue in Ecclesia, siue in domo priuata, procurabitque ut adsint viri grates & pij, præsertim clerici, Sacerdotes, vel Religiosi, si haberi possint, qui non solum erunt testes sacrarum actionum, sed etiam ipsum iuuabunt orationibus & piis desideriis.

Caveat. vñquam ob quemcumque respectum vel causam solus cum sola energuena manere, vel illam exorcizare, etiam si foret senex & decrepita ætate.

An autem dæmoniaci sint publicè & a- pertis ianuis exorcizandi, vel ianuis clausis, committitur discretioni & prudentiæ Exorcistaræ, eò quod huius decisio sæpè dependeat

ex

ex variis circumstantiis locorum, personarum, & aliarum rerum. Cessantibus incommodis, posset, & forsitan deberet fieri publicè apertis ianuis, exemplo Saluatoris & Ecclesiæ, quæ omnes suas functiones sacras palam peragit; eoque magis, quod exorcismus sit actus Ordinis; deinde, quod multa bona spiritualia inde fidelibus proueniant; fides roboretur, Dei misericordia & potestas manifestetur, peccatores ad pœnitentiam & compunctionem moueantur, & multæ aliæ virtutes animis hominum ingenerentur.

Licet hoc charitatis officium possit & debeat omni tempore fieri, necessitate vel charitate proximi afflitti id exigente; magis tamen opportunum est matutinum, post celebratum Sacrum: & quod dies sunt celebriores, eò frequentius & magis huic operi insistendum.

## INSTRVCTIO VI.

*De qualitatibus exorcizandorum, & debita  
præparatione eorumdem.*

**Q**UONIAM Exorcista fungitur officio Medici, cuius est non solùm applicare pharmaca & medicinas, sed etiam amouere & tollere noxia & impediētia facilem cura-

B 3 tio-